



167

DAGOBERTI REGIS

omnesque duces de Neustria & Burgundia,
 cum Massolaco (a) villa sublimant in regnum.
 Ega vero, qui fuerat consiliarius regis Dago-
 berti, cum regina Nanthilde, quam idem rex
 reliquerat anno primo regni Ludouici, & se-
 cundo imminente regni anno, condigne
 palatium gubernabat & regnum. Ipse
 namque inter ceteros primates Neptrici
 prudentius agens & plenitudine patientiæ
 imbutus, cunctis erat præcellentior. Erat
 genere nobilis, opibus abundans, iustitiam
 sectans, eruditus in verbis, paratus in re-
 sponsis, tantummodo a plurimis blasphema-
 btur, eo quod esset auaritiæ deditus. (b)

(a) Massolaco] villa regia erat palatio insignis,
 in regno Burgundia. Eadem est villa, de qua Fre-
 degarius cap. XLIV. Clotharius in Massolaco villa
 cum proceribus residens, Alatheum ad se venire
 præcepit, huius consilium iniquissimum competum
 est: gladio trucidare iussit. Eadem hæc habet Fre-
 degarius cap. LXXIX.

(b) auaritiæ deditus] addit Aimoinus IV. cap.
 XXXV. qui tamen res pauperum, quæ sub Dago-
 berto peruasæ & fisco fuerant iniuste sociatæ, pos-
 sessoribus cum omni reddidit integritate.

L 4

CAPIT